



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De coaedificatione Martyrii Apostolis dedicati in Constantinopolis. Cap.
LVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

properaret. Nam cum id plenè secum statuisset, militares ordines eduxit: & de expeditione cum episcopis, quos secum habebat, communicabat: existimans oportere ex hiis aliquos ad pietatis officia maximè idoneos perpetuo sibi adesse. Illi verò libenter quidem sequuturos se nec vestigium ab eo discessuros, sed vna militiam obituros, & apud Deum supplicibus votis se pugnuros recipiebant. Hac ille voluntatum & studiorum professione vehementer delectatus, totius expeditionis quasi vestigia eis expressit, ac ad bellum illud suscipiendum, tabernaculum interim ad ecclesiæ similitudinem magnificentia faciendum curauit, in quo Deo victoriarum datori, ipse cum episcopis supplicaret.

*Quomodo receptis Persarum legationibus ipsa
pene Paschatis celebritate vna cum reliquis
vigil pernoctatus sit.*

CAP. LVII.

INterea verò Persæ cum Imperatoris animum de mouendo bello fama intellexissent, ac pugna cum illo congressi metuisent, oratores ad eum de petenda pace mitterant, ille vicissim (vt erat semper pacis amantissimus) legatos obuiis vlnis accepit humanissime, porrectaque dextera amicitiae cum illis foedus lubens iniuit. Magna autem agebatur diei Paschæ eo tempore celebritas, & imperator cum cæteris pernoctans vota precesque Deo persoluebat.

*De coedificatione Martyrii Apostolis
dicati in Constantinopoli.*

CAP. LVIII.

VBI iam hæc peracta fuerunt omnia, Apostolorum templum in vrbe sui cognomine ad perpetuam illorum memoriam conseruandam, ædificare cœpit.

Descri-